

Rp. Barytae nitricae 150,0  
 [7] Kali chlorici 75,0  
 Sulfuris loti 30,0  
 Carbonis ligni 3,75  
 Acidi stearinici 22,75.  
 Caute misce!

Pulvis pyrius albus.  
*Weisses Schiesspulver.*  
 Rp. Kali ferro-cyanati flavi 28,0  
 Sacchari 23,0  
 Kali chlorici 49,0.  
 Caute misce!

### Finis partis de Pyrotechnicis.

#### **Pyrothonidum.**

Liquor pyro-oleosus e panno linteo paratus. Liquor pyro-vegetabilis. Oleum Chartae. *Rag-oil.*

Ollam ferream vitreatam in aqua frigida colloca et in ea chartam, linatum, gossypium incende et lente combure. Liquor pyro-oleosus, abluendo ope Spiritus Vini alcoholisati collectus, filtretur et evaporando lenissimo calore inspissetur.

#### **Racahout.**

*Racahout des Arabes. Palamout. Palmyrène. Allataim du harem.* Pulvis Cacao compositus *Ph. Belg.*

Rp. Cacao praep. 125,0  
 Amyli 250,0  
 Sacchari 600,0  
 Radicis Salep. 25,0  
 Vanillae 1,0.  
 M. f. pulvis.

#### **Radix Salep cum Saccharo.**

Salep saccharatum.

Rp. Radicis Salep. pulv.  
 Sacchari aa *P.*

Misce exakte conterendo, ut fiat pulvis subtilissimus.

*Ad recepturam.* Signetur: sumatur duplex.

#### **Reagens amylojodatum.**

Liquor Amyli cum Zinoe jodato *Ph. Germ. Jodzinkstärkelösung.*

Rp. Amyli triticei 4,0  
 Zinci chlorati 20,0  
 Aquae destill. 100,0.

Mixta tamdiu coquuntur, aquam evaporatam restituendo, donec solutio amyli effecta fuerit. Tum liquori re-

frigerato admisce Zincum jodatum solutum, leniore calore paratum e  
 Zinci limati 1,0  
 Jodi puri 2,0 et  
 Aquae destill. 10,0.  
 Deinde adde

Aquae destill. q. s.,  
 ut litra una vel cem. 1000 expleantur.  
 Sit liquor decolor, paululum opalescens.

#### **Reagens Froehlei.**

*Fröhde's Reagens.*

Rp. Natrii molybdaenici 0,1  
 [1] Acidi sulfurici concentrati 18,3  
 vel cem. decem. Agitando solutio efficiatur. Ad usum recens paretur.

*Buckingham's Reagens.*

Rp. Ammonii molybdaenici *P. 1*  
 [2] Acidi sulfurici *P. 16.*  
 Misce et solve.

#### **Reagens saccharinum**

Barreswill, Fehling, Trommer.

Liquor Cupri kalicus normalis.

*Kalische Kupferlösung.*

Rp. Cupri sulfurici crystallisati puri 34,632  
 Aquae bisdestill. 200,0.

Solutio peractae adde liquorem frigidum, solvendo paratum e

Kali tartarici 150,0.

Liquoris Natri caustici (p. sp. 1,14 vel 10% NaO) 570,0  
 vel cem. 500. Dein admisce

Glycerinae puriss. 100,0

Aquae bisdestill. q. s.,  
 ut liquor mixtus cem. 1000 vel litram unam expletat. Loco Glycerinae a prof. Schmideberg Mannites (circiter 16,0) ponitur et loco liquoris Natri caustici ejusdem liquoris (p. sp. 1,145) 480,0.

*Ph. Germ.* Solutio Cupri tartarici na-

tronata (*alkalische Kupfertartratlösung*):  
Cupri sulf. 3,5, Aq. 30,0; Natrio-Kalii  
tartarici 17,5, Aq. 30,0; Liquor Natri  
caust. (p. sp. 1,170) 40,0.

### Reagentia volumetrica.

Solutiones volumetricae.

#### I.

Solutio acidimetrica decinormalis.  
Rp. Natrii hydroxydati purissimi  
4,5.

Solve agitando in

Aquae dest. excoctae et ad  
15° C refrigeratae q. s.,  
ut litra una vel ccm. 1000,0 plane ex-  
pleantur. Solutio non satis limpida  
filtratur. Singula centimetra cubica  
contineant 0,004 NaOH.

#### II.

Solutio alkalimetrica decinormalis.  
Rp. Acidi oxalici crystallisati pu-  
rissimi 6,3

Aquae dest. coctae refrigera-  
tae q. s.,  
ut solutio litram unam explet. Sing.  
centim. cub. cont. 0,0063 H<sub>2</sub>C<sub>2</sub>O<sub>4</sub> +  
2 H<sub>2</sub>O.

III.  
Solut. Argenti nitrici decinormalis.  
Rp. Argenti nitrici cryst., leni  
calore fusi 17,0

Aquae destill. q. s.,  
ut solutio litram unam vel ccm. 1000  
explet. Sing. centim. cub. cont. 0,017  
AgNO<sub>3</sub>.

IV.  
Solutio Cupri sulfurici volumetrica.  
Rp. Cupri sulfurici cryst. 2,3

Aquae destill. q. s.,  
ut solutio litram unam explet et sing.  
centim. cub. cont. 0,0023 Cu SO<sub>4</sub> +  
5H<sub>2</sub>O. Si non satis limpida, filtretur.  
Quodvis centimetrum cubicum milli-  
grammati uni (0,001) Acidi hydrocy-  
nici aequivalet.

V.  
Solutio Kalii hypermanganici  
volumetrica.  
Rp. Kalii hypermanganici puri  
cryst. 3,16

Aquae dest. coct. refrigera-  
tae q. s.,  
ut solutio litram unam vel ccm. 1000  
explet et singul. centim. cubica cont.  
0,00316 KMnO<sub>4</sub>.

## Remedia contra bestias et plantes noxias et molestas.

### Knodalina

liquida.

Rp. Corticis Quillajae  
Ligni Quassiae  
Seminis Strychni aa 25,0.  
Grosso modo pulveratis affunde  
Aquae fervidae 400,0.

Tum sepone per diem unum, deinde  
usque ad ebullitionem calefac et ex-  
primendo cola. Colaturam evaporando  
ad 200,0 redactam commisce cum

Saponis kalici viridis 100,0  
solutis in  
Spiritus vini 225,0  
Alcoholis amylacei 100,0  
— Sulfuris 50,0  
Chloroformii 25,0.

Pondus liquoris grammata septen-  
ginta (700) explet. Serva in vasis  
clausis. Ante usum liquor forte agi-  
tandus est. Ope scoparum setacearum  
adhibeatur contra pediculos, cimices,  
vermes et alia insecta. Semper in  
luce diurna adhibenda est, et can-  
dela flagrans ne propinquetur.

### Polysolvium vermicidum.

*Polysolve-Mittel.*

Rp. Ammonii oleosulfonici 700,0  
Alcoholis Sulfuris 300,0.

Misce et in yasis dense clausis ser-  
va. Ad *usum* aquae copia decemplice  
commixtum adhibendum contra insecta,  
acaros, blattas, vermes etc.

Truncus arboris penicillo illo  
liquore madefacto inter minuta decem  
bis detergatur. Eodem modo lignum

cariosum illo liquore perungendum est.

*Ammonium oleosulfonicum,* commixtum cum *Petroleo Americano*, etiam *Polysolvium crudum* cum *Petroleo mixtum* contra insecta, vermes etc. adhibere potes.

#### Remedia contra **Anobium pertinax.**

*Mittel gegen Holzwurm.*

*Acidum sulfocarbolicum, Aromaticum, Benzina, Kreosotum, Fumus haec insecta fugant et delent. Ligna, quae Anobia habitant, solutione Cupri sulfurici imbuantur.*

*Acidum sulfocarbolicum  
Anobia detrudens.*

Rp. *Acidi carbolici cryst.* 100,0  
*Acidi sulfurici concentr.* (pd.  
sp. 1,840) 106,0.

In cucurbitam ingesta in balneo aquae calefac per dies duos vel sepone loco calido per hebdomadem. Deinde liquorem commisce cum

*Aquae destill.* 200,0.

Liquori calore balnei aquae calefacto inter agitationem paulatim adde

*Barytae carbonicae* 10,0.

Post diem unum filtra. Ad illuminatum ligni Anobio pertinace onerari adhibetur. Ligno vetusto, valde sicato hoc acidum Spiritu vini dilutum illinendum est.

#### **Lacca antanobica.**

Rp. *Colophonii contusi* 50,0  
*Laccae in tabulis* 250,0  
*Cinchonini sulfurici* 20,0  
*Phenoli crystallisati* 30,0  
*Spirit. Vini absoluti* 300,0  
*Alcoholis amylici* 350,0.

Commixta sepone in vase clauso, donec solutio effecta fuerit. Pondus liquoris grammata 1000,0 expletat.

#### Remedia contra **Aphides.**

*Mittel gegen Blattläuse (Pucerons).* Benzina, Carboneum sulfurat., Pulvis Florum Pyrethri rosei aphides necant.

Rp. *Aloës pulv.* 10,0

*Florum Pyrethri rosei* 20,0  
*Aquae frigidiae* 500,0.

*Misce, agita et filtra.*  
*Usus:* Hoc liquore plantarum partes, quibus Aphides incident, consperguntur.

#### Remedia contra **Aphides radicis Vitis viniferae**

#### **(Phylloxeram vastatrixem).**

*Kali xanthogenicum, Kali amylo-xanthogenicum, Sulfur pulveratum cum gypso commixtum, Carboneum sulfuratum et Aqua carbolica (1 Acidi carbolicci, 100 aqua) commendata sunt.*

#### Remedia contra **Blattarias.**

*Mittel gegen Schaben (Schwaben).*

I.

*Pulvis contra Blattas.*  
*Schwabenpulver.*

*Pulver gegen Schaben.*

Rp. *Boracis pulv.* P. 10  
*Medullae saxorum* P. 2.

*Misce.*

*Usus:* Hie pulvis mixtus in rimas, fissuras et foramina, quae Blattae habitant, aptissime ope vesicae suillae siccae, cui tubulus impositus est, infletur et inspergatur. Ad hanc operationem etiam folles parvi (*kleine Blasebälge*) adhibentur.

II.

Rp. *Seminis Colocynthidis*  
*Florum Pyrethri rosei*  
*Boracis* aa P.  
*Pulveratas* misce. Usus ut supra.

III.

Rp. *Boracis pulv.* P. 4  
*Farinae triticeae* P. 1.  
*Misce.* Usus ut supra.

IV.

Rp. *Gypsi usti* P. 5  
*Farinae Avenae* P. 1.  
*Misce.* Usus ut supra.

V.

Rp. *Farinae triticeae* P. 25  
*Minii praep.* P. 12  
*Sacchari* P. 6  
*Fermenti* q. s.

Mixtae l. a. ad panis consistentiam coquantur.

## VI.

Pasta phosphorata contra Blattas.

Rp. Phosphori *P. 1*

Aquae fervidae *P. 10*.

In lagenam ingestae fortiter agitentur, donec Phosphorus in pulverem redactus fuerit. Tum admisce

Glycerinae *P. 5*

Syrupi communis *P. 10*.

Hanc mixturam misce cum

Farinae triticeae

quantitate sufficiente, ut electuarium molle efficiatur. Signa: *Schwabengift*.

## Remedia contra

**Cimices.**

*Mittel gegen Wanzen (Punaises).*

Petroleum, Benzina, Acidum carbolicum, Oleosulfonates, Oleum pingue vel Aether (cui paulum Acidi carbolici immixtum est) cimices necant.

## I.

Rp. Herbae Sabinae

Colocynthidum

Piperis Hispanici

Aloës  $\hat{a}a$  *P. 1*.

Concisis et contusis affunde

Aquae *P. 40—50*.

Coque per horam dimidiam. Tum colा.

*Usus:* Colatura commisceatur cum tectorio vel laete calcario ad dealbandum apto.

## II.

Rp. Camphorae

Paraffinae  $\hat{a}a$  *P. 1*

Olei Papaveris *P. 2*

Benzinae *P. 10*.

Misce exakte.

*Usus:* Hac mixtione juncturae commissuraeque in lignis, quas cimices habitant, ope penicilli illinuntur.

## III.

Rp. Sublimati corrosivi *P. 1*

Ammonii chlorati *P. 2*.

Solvantur in

Decocci Quassiae *P. 100*.

*Usus:* Hie liquor contra cimices in tabulato (*Dielen und Fussböden*) vi-

ventes adhibetur. Tabulatum eo illinatur. Loco sublimati Cupri sulfurici *P. 5* imponere potes. Hic modus praeferatur.

## IV.

Rp. Natrii chlorati *P. 1*

Zinci sulfurici *P. 2*.

Solve in

Aquae fervidae *P. 17*.

*Usus* ut II et III.

## V.

Rp. Aeruginis pulv. *P. 1*

Olei Raparum *P. 10*.

Misce. *Usus* ut II.

## VI.

Rp. Paraffinae *P. 10*

Benzinae *P. 70*

Balsami Copaivae *P. 5*.

Solve et misce. *Usus* ut II contra cimices in spondis.

## VII.

Rp. Acidi carbolici puri *5,0*

*0,75* Aetheris *50,0*

*v. 9,47* Benzinae *150,0*. *ot. Fum. 3,0*

Misce. Contra cimices pone tapetes viventes ope penicilli adhibeatur. Cave lumen lucernae vel candelae!!

## VIII.

Rp. Florum Pyrethri rosei pulv.

(*Pulvis contra Insecta*)

ad aspergundos lectos et spondas.

## IX.

Rp. Fructus Cucumeris sativi.

Sepone, ut in putredinem plane abeant. Tum exprime et liquorem locis, quos cimices habitant, illine. Ad asseverationem admisce liquori Spiritus chloroformi partem decimam voluminis.

## X.

Tinctura contra cimices.

Spiritus contra cimices.

Rp. Aceti concentrati *P. 6*

[<sup>1</sup>] Olei Caryophyll. *P. 2*

Mixturae oleoso-balsam. *P. 25*

Spiritus V. rectfss. *P. 100*.

Misce. Ad adspersundos lectos.

Rp. Acidi tartarici *P. 5*

[<sup>2</sup>] Aquae Colonensis

Spiritus V. rectfss.  $\hat{a}a$  *P. 20*.

Misce et solve. *Usus* uti II et VIII.

Remedia contra  
**Chrysomelas,**

(contra Halticas oleraceas etc.).  
Mittel gegen Erdflöhe (Mordelles).

Guano, Stereum gallinaceum, Sulfur sublimatum, Artemisia, Absinthium recens, Asa foetida, Fuligo splendens, Pix Lithanthracis, Acidum carbolicum cum Gypso commixtum haec insecta fugant et delent.

Remedia contra  
**Culices.**

Mittel gegen Mücken (Moucherons).

## I.

Essentia fumalis contra Culices.  
Rp. Aceti concentrati

Olei Caryophyllorum

Tincturae Benzoe  $\hat{a} P.$  5

Spiritus Vini rectifss.

Mixturae oleoso-balsamicae  $\hat{a}$

P. 25.

Misce. Usus ad sufficiendum.

## II.

Spiritus contra Culices.

Rp. Olei Caryophyll. 2,0

Aquae Coloniensis 10,0

Spiritus V. rectifss. 50,0.

Misce et filtra.

Usus: Hoc spiritu loca nuda corporis laventur.

## III.

Liquor anodynus.

Rp. Chloroformii 3,0

Spiritus Vini 2,0.

M. Ictus culicis hoc liquore illuminatur et dolor evanescit.

## IV.

Stili anticonopici.

Styli Anisi s. anisati. Anisölstifte.  
!Mückenstifte.

Rp. Olei Anisi stellati

Olei Anisi  $\hat{a}$  5,0

Olei Cacao

Naphthalinae  $\hat{a}$  25,0

Cerae albae 10,0.

Leni calore colliquata in tubos vitreos vel metallicos infunde, ut styli efficiantur. Cuti infrietur.

Remedia contra  
**Culices molestissimi**

regionum meridionalium.

Mittel gegen Moskitos, Kriebel- und Stechmücken.

Fumigationes vel fumigia camphorea, benzoïna, picina etc.

Pulvis moskitopellens.

Moskitopuder.

Rp. Eucalyptoli 5,0

[<sup>1</sup>] Talc Veneti 20,0

Amyli 75,0.

Misce, ut fiat pulvis subtilis, quo caput, facies, manus per diem bis terve confricentur. Praeferendum est:

Rp. Eucalyptoli 5,0

[<sup>2</sup>] Naphthalinae 25,0

Talci Veneti

Amyli  $\hat{a}$  35,0.

M. Fiat pulvis subtilis. Usus ut antea notatus.

Essentia moskitopellens.

Moskitoessenz.

Rp. Eucalyptoli 10,0

[<sup>1</sup>] Olei Caryophyll. 2,0

— Bergamottae

— Citri  $\hat{a}$  4,0

Chloroformii

Alcoholis amylici

Aetheris acetici  $\hat{a}$  20,0

Spiritus Vini fortioris 200,0.

Misce. Caput, barba, facies, manus hoc liquore cum aquae volumine aequali commixto irrorentur. Liquore etiam ope lagena inspersoriae vestes et margines fenestrarum conspargantur.

Rp. Camphorae 5,0

[<sup>2</sup>] Balsami Vitae Hoffmanni 100,0

Alcoholis amylici 10,0

Spiritus Vini 150,0.

Misce.

Remedia contra

**Erucas.**

Mittel gegen Raupen.

Arbores fasciis laneis aut papyraceis, Oleo Cornu Cervi vel Pice liquida imbutis, plantas minores autem aspergine Aquae piceae vel Aquae carbolicae contra Erucas tutaris.

Remedia contra  
**Formicas.**

*Mittel gegen Ameisen.*

Aloë in aqua vel Spiritu frumenti soluta, Oleum Cornu Cervi, Liquor Ammonii causticus, Acidum carbolicum, Fel Tauri recens, Herba Conii maculata, Scandix cerefolium recens, Radix Calami, Camphora, Calcaria hydrata, Guano, Sal culinare, Fuligo splendens, Petroleum etc. formicas fugant aut delent. (Mel eas inescat.)

Formicae lineas creta descriptas non transgreduntur.

Remedia contra  
**Gryllos domesticos.**

*Mittel gegen Grillen und Heimchen.*

I.

Remedia eadem, quae contra Blattas usitata sunt.

II.

Pulvis contra Gryllos.

Rp. Boracis P. 5

Sacchari P. 1

Farinae triticeae P. 2.

Misce, fiat pulvis subtilis.

Usus: Hic pulvis in juncturas et latebras, quas grylli habitant, infundus est.

III.

Pasta contra Gryllos.

Rp. Piperis Hispanici

Boracis aa P. 2

Farinae triticeae P. 3.

Pulveratae et tritae optime commisceantur, tum adde

Lactis vaccini q. s.,

ut fiat puls densa. Paretur recens.

Usus: Hac pasta aperturae latebrorum gryllorum obturanda sunt.

IV.

Rp. Petrolei q. s.

Injiciatur ope syringae vel lagena siphonicae (*Spritzflasche*) in latebras.

Remedia contra

**Limaces**

cellas habitantes.

*Mittel gegen Kellerschnecken.*

Sal culinare, Calcaria hydrata, Fuligo splendens, Vitriolum Martis et Cupri, Tannica varia etc. haec mollusca

gasteropoda fugant atque delent (Radix Dauci Carotae recens contusa ea inescat).

Remedia contra

**Limaces**

hortos et agros habitantes.

*Mittel gegen Feld- und Gartenschnecken.*

Eadem remedia, quae Limaces cellas habitantes fugant, Limaces agrestes etiam aversantur.

Arbores contra haec mollusca fasciis laneis, chartaceis vel linteis Oleo Cornu Cervi aut Pice liquida unctis tutaris. Aspersio solutionis Asae foetidae in Spiritu frumenti etiam commendatur. Agros et hortos conspergunt miscela parata e

Vitrioli Martis pulv. et  
Arenae pulvereae aa P.

Remedia contra

**Merulium lacrymantem**  
et **Vastatorem**

(contra Fungum domesticum).

*Mittel gegen Hausschwamm.*

Exsiccatio, perflatus venti spiramentorum ope, Petroleum, Acidum carbolicum, Calcaria carbolica, Zincum carbolicum, sulfocarbolicum, Oleosulfonates, merulium destruunt.

Rp. Acidi pyrolignosi P. 100

[<sup>1</sup>] Cupri sulfurici P. 5.

Solve. Hoc fluido ad partes fungo affectas saepius illinendas uteris.

Aqua contra Fungum domesticum.

Rp. Acidi carbolici P. 5

[<sup>2</sup>] Acidi sulfurici conc. P. 1

Spiritus Vini absoluti P. 20.

Misce. Usus ut supra.

Pulvis contra Fungum domesticum.

Rp. Cineris lignorum P. 100

[<sup>3</sup>] Cupri sulfurici pulv. P. 5-10.

Remedia contra

**Mures (musculos) et alios**  
**Gires (Nager) parvos.**

*Mittel gegen Mäuse.*

Rp. Radicis Scillae pulv. P. 5

[<sup>1</sup>] Casei veteris P. 20.

Misce. Fiant boli vel pilulae parvae.

- Rp. Radicis Scillae pulv.  
 [2] Farinae triticeae  $\hat{a}$  P. 5  
 Sacchari albi  
 Lardi assati  
 Butyri recentis  $\hat{a}$  P. 2.  
 M. f. boli vel pilulae.
- Rp. Nucum vomicar. pulv.  
 [3] Farinae tritic.  $\hat{a}$  P. 4  
 Sacchari pulv. P. 2  
 Adipis lardi P. 3 v. q. s.  
 M. f. boli vel pilulae.
- Rp. Arsenici albi 5,0  
 [4] Amyli tritic. 30,0  
 Carbonis vegetabilis  
 Ultramarini  $\hat{a}$  1,0.  
 Misce, f. pulvis subtilis.
- Rp. Plumbi acetici  
 [5] Lithargyri praep.  $\hat{a}$  5,0  
 Farinae triticeae 20,0  
 Ultramarini 1,0.  
 Misce, f. pulvis subtilis.
- Rp. Barytae carbonicae P. 5  
 [6] Farinae triticeae P. 15  
 Ultramarini P. 1.  
 M. f. pulvis.
- Rp. Calomelanos 10,0  
 [7] Farinae triticeae 50,0  
 Sacchari 15,0  
 Ultramarini 1,0.  
 M. f. pulvis.
- Pilulae phosphoratae.
- Rp. Phosphori amorphi 20,0  
 [8] Seminis Lini pulverati 400,0  
 Farinae secalinae 100,0  
 Sacchari albi  
 Glycerinae  $\hat{a}$  60,0  
 Casei recentis q. s.  
 Misce, fiant portiunculae formae pilaris, ponderis grm. 1,0. Farina secalina conspergenda.
- Pulvis Weyandi (Meyeri) contra mures.
- Rp. Plumbi acetici P. 1  
 [9] Boracis  
 Vitri viridis pulv.  $\hat{a}$  P. 3

- Radicis Asari  
 Farinae triticeae  $\hat{a}$  P. 2.  
 M. f. pulvis.
- [10] Pasta phosphorata contra blatas loco veneni contra glires adhibetur.
- Remedia contra  
**Mures arvales.**  
*Mittel gegen Feldmäuse.*
- Rp. Nucum vomicar. pulv. P. 1  
 Farinae triticeae P. 2  
 Mellis vel Syrupi q. s.  
 Misce, fiant pilulae, quae Ultramarino conspersae in foramina a muribus habitata ingerantur.
- Rp. Nucum vomicarum  
 [1] Radicis Hellebori albi  $\hat{a}$  25,0  
 Farinae triticeae 50,0  
 Olei Anisi *Gutt.* 25  
 Adipis subassati 40,0  
 Syrupi communis q. s.  
 M. f. pilulae 1000. *Usus* ut antea.
- Semina Triticci venenata.
- Rp. Seminis Triticci P. 500.  
 [2] Irrorentur liquore parato e Strychnini nitrici P. 1  
 Infusi rad. Liquiritiae ferventis P. 50.  
 Dein conserge paulo Ultramarini praeparati vel Plumbi chromici.  
*Usus:* Semina in cava a muribus habitata injiciuntur.
- Remedia contra  
**Muscas.**  
*Mittel gegen Fliegen.*
- Lignum Quassiae, Piper longum, Flores Pyrethri rosei, Arsenicalia, Tartarus stibiatus sunt muscis venena. (Escae sunt: Mel, Lac, Caseus recens pressus, Sucui recentes fructuum Pomacearum.)
- Aqua muscarum venalis.  
 Cf. pag. 69.
- Aqua arsenicalis.
- Rp. Aquae destillatae  
 [1] Arsenici albi  
 Kali carbonici dep.  $\hat{a}$  10,0.  
 Conterendo mixta solve in  
 Infusi Quassiae 1200,0.

- Colatura filtratae adde  
Spiritus V. rectfss. 100,0.  
Caute serva.
- Essentia contra Muscas.
- Rp. Ligni Sassafras  
[<sup>2</sup>] Seminum Cucurbitae  
Piperis Hispanici  
Colocynthidum  
Baccarum Lauri  
Florum Pyrethri rosei  
Caryophyllorum  
Seminis Anisi stellati  $\hat{a} P.$  1.  
Contusis et concisis affunde  
Aquae fervidae  
Spiritus V. rectfss.  $\hat{a} P.$  50.  
Digere per diem dimidium, tum ex-  
primendo cola. Colatura sedimentando,  
decanthando et filtrando depuretur.  
*Usus:* Hoc fluido jugamenta fene-  
strarum portarumque in cubiculis et  
stabilis, atque frena equorem, item  
equi ipsi illununtur, quo muscae de-  
pellantur.
- Unguentum contra Muscas.
- Rp. Strychnini nitrici 1,0.  
[<sup>3</sup>] Cum olei pinguis guttulis nonnullis  
exactissime tritam commisce l. a. cum  
Extracti Aloës 10,0  
Sebi ovilli  
Adipis  $\hat{a}$  180,0  
Olei Absinthii aeth.  
Olei Calami  $\hat{a}$  2,5  
Glycerinae  
Fellis Tauri recentis  $\hat{a}$  15,0.  
*Usus:* Ope pannorum hoc unguento  
unctorum equos tergunt, ne muscae  
aut culices eos vexent.
- Rp. Ligni Quassiae  
[<sup>4</sup>] Corticis Quillajae  $\hat{a}$  50,0  
Aquae fervidae 3000,0.  
Stent loco calido per diem unum.  
Colatura admisce  
Spiritus Vini rectfss. 150,0  
Acidi carbolicci depurati 25,0  
Kali carbonici dep. 30,0  
Glycerinae  
Petrolei  $\hat{a}$  100,0.  
Saepius fortiter agitando liquor emul-  
sivus perficiatur, quo equi, tauri, vac-
- cae deterguntur, ne a museis, culicibus  
et aliis insectis vexentur.
- Charta amara contra Muscas.  
*Giftfreies Fliegenpapier.*
- Rp. Ligni Quassiae P. 10  
[<sup>5</sup>] Piperis longi P. 5  
Kali carbonici P. 1  
Aquae fervidae P. 200.  
Digere per dies duos, tum adde  
Glycerinae P. 2  
Spiritus Vini P. 15.  
Denuo digere per diem unum, tum  
exprime et cola. Colatura charta bi-  
bula imbuatur, tum leni calore siccatur.
- Charta muscarum innoxia.  
Charta quassiatia.  
*Giftfreies Fliegenpapier.*
- Rp. Ligni Quassiae concisi 100,0  
[<sup>6</sup>] Natri carbonici cryst. 5,0  
Aquae q. s.  
Coque per horam dimidiam. Cola-  
turae pondus sit circiter 800,0, quae  
evaporando ad 400,0 reducantur. Hoc  
liquore charta bibula perfundatur, tum  
siccatur.  
Loco Natri carbonici etiam Zincum  
sulfuricum adhiberi potest.
- Charta muscarum arsenicata.  
Charta muscarum. *Fliegenpapier.*
- Rp. Chartam bibulam.  
[<sup>7</sup>] Imbuatur liquore filtrato, parato  
coquendo ex  
Kali carbonici P. 1  
Arsenici albi pulv. P. 5  
Colocynthidis minut. concis.  
P. 5  
Aquae P. 250.
- Pulvis contra Muscas.  
*Fliegenpulver.*
- Rp. Piperis longi 100,0  
[<sup>8</sup>] Ligni Quassiae 25,0  
Sacchari albi 50,0.  
M. f. pulvis. Ad usum cum lacte vel  
aqua commisceatur.
- Viscum Muscarum.  
*Fliegenleim.*
- Rp. Colophonii 120,0  
[<sup>9</sup>] Terebinthinae coctae  
Olei Lini  $\hat{a}$  40,0

Olei Raparum crudi 20,0  
Mellis 5,0.  
Calore liquando agitandoque misce.

Remedium contra

### **Oidium Tuckeri.**

*Mittel gegen den Traubenzilz.*

Aqua phenylata. Vapores vel Camphorae vel Acidi carbolici Spiritu Vini di-luti, calore non adhibito, effecti. Insper-sio Sulfuris sublimati, tenerrime triti.

Remedia contra

### **Pediculos.**

*Mittel gegen Läuse.*

Omnia Mercurialia, Aromaticia, Acria, Flores Pyrethri rosei, Naphtalina, Petroleum, Benzina pediculos extingunt.

Si potest, usum medicamenti hydrargyrum continentis vita!

Remedia contra Pediculos capitis humani.

Cf. Unguentum contra Pediculos.

Unguentum antienodalicum elegans.

Unguentum Pedicularorum capitis et pubis perfectum.

Rp. Naphthalinae 45,0

[<sup>1</sup>] Cerae vel Ceresinae albae 20,0  
Olei Cocois 30,0.

Calore modico (80°C.) colliquatis adde  
Olei Cocois 35,0

Vaselinae 65,0.

Mixtione inter agitationem peracta,  
admisce

Olei Bergamottae 2,0

— Caryophyllorum

— Cinnamomi

— Citri  $\hat{a}$  1,0

et agita, donec unguen rigescat.

*Nota:* Loco cerae vel ceresinae Ceram Myricae adhibere potes.

Rp. Hydrargyri praecipit. albi 5,0

[<sup>2</sup>] Unguenti cerei

Adipis suilli  $\hat{a}$  100,0

Acidi carbolici puri 10,0

Olei Caryophyllorum

Olei Bergamottae  $\hat{a}$  2,5.

M. f. unguentum.

Pulvis Pedicularorum.

Rp. Seminum Colocynthis

[<sup>3</sup>] Florum Pyrethri rosei  
Fructus Anisi vulgaris  $\hat{a}$  P.  
Pulveratas misce.

Remedia contra Pediculos in  
bestiis.

Unguentum contra Pediculos in bestiis  
parvis domesticis.

Rp. Acidi carbolici puri

[<sup>4</sup>] Anilini  $\hat{a}$  4,0  
Spiritus V. rectifss. 5,0.

Mixta agitando misceantur cum

Adipis suilli 75,0

Sebi ovilli 25,0

Nitrobenzini Gutt. 15.

Unguentum (sine Hydrargyro) contra  
Pediculos in bestiis majoribus do-  
mesticis.

Rp. Aloës pulv. 10,0.

[<sup>5</sup>] Solve in  
Spiritus V. rectifss. 25,0.

Liquorem commisce l. a. cum

Acidi carbolici dep. 25,0

Anilini 5,0

Nitrobenzini 2,5

Petrolei 15,0

Axungiae compositae 500,0.

Remedia contra  
**pediculos, pulices et bestiolas**  
omnes noxias equi, bovis, vaccae,  
ovis, canis, felis etc.

Liquor antienodalicus pecorum  
fortior.

Rp. Naphthalinae 5,0

[<sup>6</sup>] Alcoholis amylici (*Fuselöl*)  
10,0

Chloroformii 15,0

Leni calore mixtis adde

Olei mineralis albi

Benzinae  $\hat{a}$  20,0.

*Signa: Nur bei Tageslicht die mit Un-  
geziefer bedeckten Stellen mittelst kleiner  
Bürste zu bereiben. Vor Annäherung  
einer Flamme zu bewahren.*

Liquor antienodalicus aquosus.

Rp. Conchinini s. Chinidini sul-  
[<sup>7</sup>] furici 5,0

Acidi salicylici

Acidi borici $\hat{a}$ 10,0 Olei Rorismarini 5,0.	Saponis pulverati ana 1,0 Vaselinae 10,0 optime contrita. Haec admixtio perficiatur, si poscitur.
Solve agitando in Alcoholis amylici s. Amyloxydi hydrati 100,0 Spiritus denaturalis 150,0.	Unguentum cum Hydrargyro.
Tum admisce infusum paratum e Ligni Quassiae 100,0 Aqua font. q. s., ut colatura 1725,0 expletat. Mixturae pondus grammata duo millia aequet. Loco Conchinini sulfurici Cinchonidinum sulfuricum (7,5) adhibere potes.	Rp. Unguenti mercurialis 50,0 [ <sup>10</sup> ] Axungiae compositae 100,0 Olei Pini Benzinae $\hat{a}$ 5,0 Fuliginis et taeda 0,5. Misce l. a.
Unguentum antienodalicum. Rp. Naphthalinae 20,0 [ <sup>8</sup> ] Adipis suilli 50,0 Ceresinae 10,0. Calore balnei aquae colliquatis admisce Vaselinae 20,0 Olei Thymi 2,0 Olei Sassafras 3,0 Olei Caryophyll. 1,0 Chloroformii 5,0.	Essentia contra Pediculos. Rp. Corticis Quillajae conc. 25,0 [ <sup>11</sup> ] Aqua communis 50,0. Digere per diem unum, tum adde Spiritus Vini rectif. 100,0. Sepone per aliquot dies, interdum agitando, postremo exprimendo colo et filtra. Liquori admisce Mixturae oleoso-balsamicae Glycerinae $\hat{a}$ 20,0. Postremum filtra. Signetur: ad lociones.
Unguentum antienodalicum bestiarum. Unguentum pedicularium commune. Rp. Naphthalinae 40,0 [ <sup>9</sup> ] Petrolei Americani 20,0 Cerae vel Ceresinae 30,0 Sebi taurini 30,0. In cortinam cupream ingestis et calore modico (80° C.) colliquatis sensim inter agitationem adde Olei Cocois vel Adipis suilli 30,0 Vaselinae 40,0. Mixtione peracta, ope pistilli agita, donec unguen refixerit. <i>Nota:</i> Ad intentionem effectus antienodalicii pulveres subtilissimi (10,0) aut fructus Sabadillae, aut rhizomatis Hellebori albi, aut radicis Gentianae pro re addantur. Ne bestiae unguen delingant, inter agitationem unguini semifluido calido admisce	Remedia contra Pediculos pubis (phthirios inguinales). <i>Mittel gegen Filzläuse.</i> Rp. Unguenti Hydrargyri albi [ <sup>12</sup> ] Unguenti cerei $\hat{a}$ 10,0 Acidi carbolicici puri Mixt. odoriferae $\hat{a}$ Gutt. 20. Misce.
Cinchonini sulfurici vel hydrochlorici	Remedia contra Pediculos vestium. <i>Mittel gegen Kleiderläuse.</i> Rp. Hydrargyri bichlorati 1,0 Ammonii chlorati 4,0. Solve macerando in [ <sup>13</sup> ] Aqua destillatae Spiritus V. rectif. $\hat{a}$ 100,0 Tincturae Pyrethri rosei 25,0. Tum adde Olei Rorismarini Olei Lavandulae Olei Bergamott. $\hat{a}$ Gutt. 15 et bene agita. <i>Usus:</i> Hoc liquore vestes et praepue suturae earum consperguntur. Inspersio Benzinae Potroeli plane sufficit.

## Remedia contra

**Psocos pulsatorios**

Fab. et larvas eorum.

*Mittel gegen Holzmaden (Holzläuse).*

Solutions Cupri sulfurici atque Li-  
quor Kali silicici basicus, Olea pyro-  
genea, uti Benzinae, Oleum Petrae  
Americanum, Oleum parafinicium, qui-  
bus lignum imbuatur, his insectis exi-  
tiosa sunt.

## Remedia contra

**Pulices.***Mittel gegen Flöhe.*

Omnia Aromatica, Olea aetherea,  
Benzina, Flores Pyrethri rosei, Chry-  
santhemum leucanthemum recens vel  
siccatum et pulveratum pulices fu-  
gant et necant.

## Aqua contra pulices.

Rp. Olei Caryophyll. P. 1

[<sup>1</sup>] Aquae Coloniens. P. 10

Spiritus V. rectif. P. 15.

Misce et filtra.

*Usus:* Hac mixtura vestes, strata  
cubilia asperguntur.

## Lixivium contra Pulices.

Rp. Rhizomatis Calami

[<sup>2</sup>] Fructus Coriandri

Fructus Petroselini vel

Herbae Petroselini rec.

Colocynthidum  $\hat{a} 10,0$ .

Contusis et concisis affunde

Aquaee ferventis 3500,0.

Digere per aliquot horas, tum expri-  
mendo colা. Colaturaee adde

Acidi carbolicii puri

Olei Melissae Indici  $\hat{a} 10,0$ 

antea soluta

Spiritus Vini 200,0.

*Usus:* Hoc lixivio bene agitato ta-  
bulatum (*gedieilter Fussboden*) humectan-  
dum et lavandum est.

## Remedia contra

**Rattos**

seu Mures majores domesticos.

*Mittel gegen Ratten.*

Verbascum Thapsus recens, Cy-  
noglossum officinale recens et florens  
Rattos fugant. Hae plantae in loca a  
Rattis frequentata copiose inspergantur.

Etiam ramuli recentes Pruni Padi  
Rattos fugant.

Caper in stabulo habitans rattos certe  
fugat.

Escae (*Lockmittel*) Rattorum sunt:  
Caseus assatus, Halec fumo siccatum,  
Oleum ligni Rhodii, Oleum Anisi, Mo-  
schus.

Rp. Nucum vomic. pulv.

[<sup>1</sup>] Sacchari pulv.

Farinae triticeae

Adipis liquati assati  $\hat{a} 10,0$ .

Misce, fiant globuli viginti quinque  
(25).

Rp. Arsenici albi pulv. 10,0

[<sup>2</sup>] Adipis suilli assatiFarinae tritic.  $\hat{a} 90,0$ 

Fuliginis e taeda usta 0,5

Olei Anisi Gutt. 6.

Misce, fiant globuli ducenti (200).

Rp. Casei parum putridi 10,0.

Mixta cum

[<sup>3</sup>] Farinae triticeae 30,0

loco tepido siccentur et in pulverem  
redigantur. Dein admisceantur

Barytae carbonicae praecipi-  
tatae 100,0

Ultramarini 10,0

Sacchari albi pulv. 25,0

Fructus Anisi stellati 1,0.

Fiat pulvis subtilissimus, aut forma  
pulveris aut redactus additis Syrupo  
communi et Glycerina in pastam vel  
globulos adhibendus. Globuli sale  
culinari trito et farina triticea con-  
spergantur.

Rp. Pisces parvos coctos.

Conspergantur pulvere commixto ex

[<sup>4</sup>] Arsenici albi pulv.

Farinae triticeae

Sacchari albi  $\hat{a} P.$ 

Rp. Nucum vomicar. pulv. 100,0

[<sup>5</sup>] Farinae Avenae 1200,0

Olei ligni Rhodii Gutt. 5

Moschi 0,1

Syrupi communis q. s.

M. Fiant globuli.

Rp. Sebi taurini

[<sup>6</sup>] Farinae secalinae  $\hat{a} 500,0$

Arsenici albi pulv. 50,0  
 Ultramarini 10,0  
 Olei Anisi 1,0.  
 Leni calore commixta fiant bacilli.  
 Rp. Arsenici albi 10,0  
 [?] Panis recentioris 200,0  
 Syrupi communis q. s.  
 M. Fiant boli (circa 200), qui recentes adhibeantur.  
 Rp. Bulbi Scillae grosso modo  
 [?] pulv. P. 1  
 Casei assati P. 5.  
 M. f. boli.  
 Rp. Gypsi usci  
 [?] Farinae triticeae aa 100,0  
 Olei Anisi Gutt. 5.  
 M. f. pulvis. Semper recens paretur.  
 Globuli rattocidi phosphorati.  
*Rattentod.*  
 Rp. Phosphori amorphi 10,0  
 Glycerinae 20,0  
 Seminis Lini pulverati 100,0  
 Extracti Carnis 15,0  
 Coaguli lactis recent. v. caseosi (*Quark*) q. s.  
 Misce, ut fiant globuli ducenti (200).  
 Farina secalina conspergantur. Hi globuli in foramina et aditus rattrorum ita imponantur, ut aves et animalia domestica venenum hoc non attingant.  
 Glob. 1-2 rattum unum necant.

### Electuarium phosphoratum.

*Phosphorbrei.*

Rp. Aquae dest. frigidae 20,0  
 Syrupi phosphorati 10,0.  
 In ollam porcellaneam ingestis adde  
 Panis saccharati pulv. 15,0.  
 Tum statim spathulae ope agitando commisce. In eadem olla operculo tecta miscelam loco frigido asserva.  
*Signa:* Pultis phosphoratae morsuli duo ad quatuor, magnitudinem nucis coryli aequantes, in frustula panis recentis, vel, quod iis, qui rei rusticae operam dant, commendatur, in calla lardi ad tabulam parvam affixa sparguntur. Morsuli aliquantulo sacchari contusi adspersi in locis a muriibus et rattis frequentatis collocantur.

Post aliquot horas morsulis a ratti absuntis recentes substituuntur.

*Ph. Belg.* Phosph. 1, Farinae triticeae, Aquae fervidae aa 20. Phosphorum aquae fervidae immissum in mortario porcellaneo contere cum Farina per vices addita et agita, donec refrixerint.

### Panis saccharatus.

Rp. Farinae secalinae 1000,0  
 Sacchari pulverati 250,0.

Misceantur, ut pistor miscelam, fermenti quantitate sufficiente addita, lege artis suae ad panis consistentiam coquat.

Hunc panem in taleolas scissum optimè exsicca et in pulverem redige. Asserva in scatulis e lamina alba confectis.

### Syrupus phosphoratus.

Phosphorus cum Syro.

Rp. Syrupi Sacchari 200,0.  
 In lagenam vitream album infusis adde

Phosphori 50,0,  
 ita ut Phosphorus syrupo submersus, atque lagena circiter ad 3/4 repleta sit. Lagena in balneo vaporis (aut aquae) usque ad 50—60° Cels. thermometri calefiat, donec Phosphorus liquatus sit. Tum illa embolo suberino bene obturetur, manteli involvatur et assidue agitetur, donec miscela phosphorata plane refrixerit. In lagena eadem miscela haec caute asservetur. Ante usum Syrupus phosphoratus bene agitetur. Partes quiniae continent partem unam Phosphori.

### Syrupus Phosphori albus.

Basis venenorum bestiarum.

Rp. Syrupi Sacchari 190,0  
 Talcii Veneti praep. 10,0  
 Phosphori 50,0.

Eodem modo quo Syrupus phosphoratus paretur. Partes quiniae syrupi partem unum Phosphori contineant. Ante usum agitetur.

Remedias contra

### Termites et Tineas ligni.

Mittel gegen Holzwürmer.

I.

Lignum primum liquore solvendo parato e

Cupri sulfurici 150,0  
 Zinci sulfurici 50,0  
 Aq. communis calidae 1500,0  
 Acidi muriatici 15,0  
 illinitur. Ut lignum per annos centenos sustineatur, dein post exsiccationem colore cum vernice Lini mixto obducatur.

## II.

Vegetatio tarmitum et tinearum ligni destruitur illitu Acidi sulfocarbolici s. phenolosulfurici, sine vel cum Zinco oxydato combinati. Ad parationem hujus acidi misce

Acidi carbolici crudi *P.* 100  
 Acidi sulfurici concentrati 120,0.

Tum calore balnei aquae per horam unam calefac. Massam refrigeratam misce cum

Spiritus Vini crudi *P.* 200

Aquae communis *P.* 500.

Liquori optime agitato immisce  
 Zinci oxydatis crudi *P.* 20—40.

Hac miscela calefacta lignum corrosum illinatur.

## III.

Lignum ne liquore Hydrargyrum bichloratum corrosivum continente illinatur. Hoc lignum aërem circumcludentem veneno complet.

## IV.

Benzina, Alcohol Sulfuris, Alcohol amylicus interdum illinuntur.

## Remedia contra

**Tineas sive Tinias.**

Mittel gegen Motten (*teignes*).

Aromatica, Piper Hispanicum, Oleum Pini, Oleum Terebinthinae, Benzina, Oleum Patchouli, Oleum Absinthii, Camphora, Flores Pyrethri rosei pulverati, Glacies Mariae pulverata, Ferrum sulfuricum crystallisatum pulveratum, Alumen pulveratum, Cannabis sativa recens, Rhizoma Calami, Folia Rorismarini, Carboneum sulfuratum.

Charta tineas prohibens.

Rp. Chartam crassiorem, glutine densatam.

Superline mixtionem paratam e

[<sup>1</sup>] Gummi Arabici *P.* 3

Hager.

Aethiopis gummosi *P.* 5

Aquae communis *P.* 6.

Post siccationem serva chartam in cistis bene clausis (in tabulato sub tecto).

Respiratio hujus chartae venenosa est, quam ob rem charta carbolo-camphorata landatur.

## Charta carbolo-camphorata.

*Mottenpapier.*

Rp. Paraffinae solidae 50,0  
 [<sup>2</sup>] Cerae mineralis  
 Paraffinae liquidae  
 Naphthalinae  $\hat{a}a$  20,0  
 Camphorae tritae 30,0.  
 Calore balnei aquae inter agitationem colliquatis adde  
 Olei Rorismarini 5,0  
 — Lemongras 3,0  
 — Caryophyll. 10,0  
 — Bergamottae 2,0  
 Petrolei Americani 15,0.

Hac massa charta crassa bibula irrigenda est. Loco chartae etiam fragmenta spongiae marinae adhibere potes. Serva in cistis e laminis ferreis stannatis constructis.

## Charta naphthalinata.

*Naphthalinpapier.*

Rp. Naphthalinae *P.* 1  
 [<sup>3</sup>] Paraffinae *P.* 2.  
 Coliquatas, in cistam e ferro laminato stannato effusas sepone, ut refrigerentur. Tum charta scriptoria tenuior hac massa eodem modo imbuatur, quo charta cerata vel paraffinata.

## Charta naphthalino-camphorata.

Rp. Naphthalinae *P.* 10  
 [<sup>4</sup>] Paraffinae *P.* 5  
 Camphorae tritae *P.* 1.

Leni calore colliquatae in tabulam modo antea notato formantur et in chartam transducuntur.

## Essentia contra Tineas.

Rp. Olei Lavandulae  
 [<sup>5</sup>] — Bergamottae  $\hat{a}a$  10,0  
 — Patchouli  
 Anilini

- Camphorae  $\hat{a}$  1,0  
Spiritus V. rectfss. 200,0.  
Misce et solve.
- Rp. Tincturae Capsici annui  
[<sup>6</sup>] Spiritus camphorati  
Spiritum Lavandulae  
Aqua Colonensis moschatae  
 $\hat{a}$  25,0.  
M. Ad conspergendas pannos laneos.
- Rp. Olei Lavandulae  
[<sup>7</sup>] — Bergamottae  
— Caryophyllorum  $\hat{a}$  10,0  
Tincturae Moschi 1,0  
Spiritus Vini alcohol. 150,0.  
Misce. Ad conspergendas vestes  
pelliceas et laneas.
- Rp. Olei Lavandulae  
[<sup>8</sup>] — Petrae  $\hat{a}$  5,0  
Tincturae Capsici annui 30,0  
Spiritus Vini rectfss. 60,0  
Camphorae 10,0.  
M. et solve. Usus ut antea.
- Rp. Benzinae 100,0  
[<sup>9</sup>] Camphorae 10,0.  
Solve. Usus ut antea.
- Rp. Olei Petrae  
[<sup>10</sup>] — Bergamottae  
— Caryophyllorum  
Benzinae  $\hat{a}$  10,0  
Tincturae Moschi 1,0  
Spiritus Vini rectfss. 100,0.  
Misce.  
*Usus:* Pulvilli chartacei etiam his li-  
quoribus irrorati inter pannos et vestes  
laneas atque pelliceas collocantur.  
Commendatur, pannos et vestes la-  
neas pelliceasque mensibus Augusto  
et Septembri radiis solis et aëri ex-  
poni, tum bene executi, ut erucae Ti-  
neae fugentur.  
Tineae in pulvinis interdum vaporibus  
acetosis et fumo ex herba Tabaci  
fugantur.
- Für Tuchniederlagen*  
(ad tabernas pampharias).
- Rp. Acidi carbolici puri 45,0  
[<sup>11</sup>] Camphorae  
Olei Rorismarini  $\hat{a}$  30,0  
Olei Caryophyllorum
- Anilini  $\hat{a}$  5,0  
Spiritus Vini diluti *Litras* 2,5.  
Solve et misce. Usus est idem in  
praecerto sequenti (12) notatus.
- Für Kürschner*  
(ad tabernas pamphorianas).
- Rp. Acidi carbolici puri 40,0  
[<sup>12</sup>] Camphorae  
Olei Caryophyllorum  
— Cassiae cinnamom.  
Nitrobenzoli  $\hat{a}$  10,0  
Anilini 2,5  
Spiritus Vini puri *Litras* 2,0.  
Solve et misce.  
*Usus:* liquor ope pulverisatorii sim-  
plicias Mathieani (apparatus liquores  
in guttulas minimas dissipantis) et sem-  
per a luce flammæ remotus adhibeatur.
- Pulvis contra Tineas.
- Rp. Florum Pyrethri rosei  
[<sup>13</sup>] Glaciei Mariae  
Herbae Patchouli  
Caryophyllorum  $\hat{a}$  P.  
Pulveratae commisceantur. Hic pul-  
vis pellibus et vestibus pelliceis inter-  
sperritur.
- Pulvis contra Tineas conser-  
torius.
- Mottenstreupulver.*
- Rp. Aluminis kalini subt. pulv.  
900,0.  
Conspurge  
Olei Caryophyll. aromat.  
— Bergamottae  $\hat{a}$  10,0  
Benzinae 30,0  
antea commixtis. Tum terendo admisce  
Camphorae tritae 63,0.  
Pelles, pelliculae et vestes pelliceae  
inspergenda.
- Alumen kalicum pulveratum,  
pellibus inspersum tineas etiam pro-  
hibet.
- Tinicidium.**
- Pulvis conspersorius contra tineas.
- Mottenfeind. Tinicidin.*
- Rp. Camphorae tritae 25,0  
Naphthalinae 100,0.  
Leni calore liquando commixtis primo  
adde mixturam calidam, paratam ex

Olei Bergamottae  
— Caryophyllorum  
— Rorismarini  $\hat{a}a$  3,0  
— Zingiberis  
— Lemongras  
— Cassiae  $\hat{a}a$  2,0  
Cetacei 5,0

Cerae albae 15,0.

Mistione peracta, inter agitationem admisce

Lapidis specularis praep. 40,0  
antea seponendo loco tepido calefacta.  
Miscela altero die satis rigens in pulvrem transducatur, qui in vitris obturatis loco frigido et a luce remoto servetur.

#### Remedia contra

#### **Tipulas.**

(Mittel gegen Schnaken) sunt eadem,  
quibus contra Culices utuntur.

#### Remedia contra

#### **Uredinem.**

(Mittel gegen den Brand im Getreide.)

Rp. Cupri sulfurici crudi q. v.

[<sup>1</sup>] In aquae quinquagintupla copia solutum infundatur in semina Tritici et saepius agitetur. Semina cassa vel ureidine infecta, quae in fastigio liquoris colliguntur, auferenda et abjicienda sunt. Semina fundum potentia post horas duas colligantur et in perlatus aëris siccentur.

Ad centenas Litas seminum Tritici Grammata ducenta (200) Cupri sulfurici crystallisati sumantur.

Rp. Calcariae hydratae

[<sup>2</sup>] Sulphuris

Aluminis  $\hat{a}a$  P.

Misce, fiat pulvis. Ad usum hic pulvis cum aquae 80—100 plo commiscatur. In miscela hac semina frumenti per aliquot horas macerentur.

Rp. Cupri sulfurici cryst. P. 10

[<sup>3</sup>] Cretae laevigatae P. 1.

Misce. Fiat pulvis grossus. Usus ut supra.

#### Remedia contra

#### **Vermes et Insecta**

in seminibus plantarum.

Aqua Chlori vel Aqua kreosotata vel

Aqua phenylata vel Benzina, praeципue Carboneo sulfurato, quibus semina consperguntur, vermes necantur.

Grana ad seminandum obducuntur solutione Glutini fabrilis, cui Cuprum sulfuricum admixtum est, vel imbuuntur solutione dilutiore Aloës in aqua, tum siccantur.

Remedia contra larvas Calandrae granariae Fab. (*schwarzer Kornwurm*) sunt Flores Sambuci, Flores Lupuli, Carbonum sulfuratum, iterata agitatio granorum et liber aëris aditus.

Remedia contra erucam Tineae granellae (*weisser Kornwurm*) sunt panni decocto seminum Cannabis imbuti, qui supra et juxta acervos granorum frumenti per unum diem collocantur, tum cum erucis insidentibus auferuntur. Iterata agitatio granorum et liber aëris perfatus semper necessarii sunt.

#### Remedia contra

#### **Vermes et Insecta**

in officinis pharmaceuticis.

In officinis pharmaceuticis vegetabilia saepe a larvis (vermis) quibusdam albis laeduntur ac consumuntur, quae numerantur in specie Ptiniorum et Anobiorum. Omnia hujus speciei genera noxia sunt, maxime autem Anobium pertinax, quod supellectilem et libros delet. Sonitus illius notus, quo feminam allectare dicitur, horologium mortuorum appellatur. Scarabaeus quoque ex genere Necrophagorum (*Aaskäfer*) officinis pharmaceuticis valde nocet. Quamquam ceterae omnes species hujus generis materia animali vescuntur, hic scarabaeus vegetabilia terebrat. Haec nova species est Dermestes officinarum, qui ab ceteris speciebus aculeo maxime perspicuo in extremo quoque elytro in latere suturae distinguitur.

Acaris quoque in officinis pharmaceuticis crebro in vegetabilibus mucilaginosis et farinaceis atque in Cantharidibus reperiuntur, uti *Acarus domesticus*, *farinae*, *coleoptratorum* etc.

Omnes haec bestiolae optime calore et exsiccatione vel Carboneo sulfurato, quod inspergitur, fugantur aut necantur.

Finis partis de remediis contra bestias et plantas noxias.

### Remedia antihaemorrhoidalia

Lebelii.

*Pilules et Onguent de Scordium du Docteur Lebel.*

Pilules de Scordium Nr. I.

Rp. Extracti Millefolii

— TeucrpiiChamaedryos

— TeucrpiiScordii

Pulv. fol. TeucrpiiScordii  $\hat{a} 2,5$

— — TeucrpiiChamaedryos

— — Millefolii  $\hat{a} 2,0$ .

M. f. pil. Nr. 60, obduc. Argento foliato.

Pilules de Scordium Nr. II.

Rp. Extracti Millefolii

— T. Chamaedryos

— T. Scordii  $\hat{a} 4,0$

Pulv. fol. T. Scordii

— — T. Chamaedryos

— — Millefolii  $\hat{a} 2,0$ .

M. f. pil. Nr. 60, obduc. Argento foliato.

*Onguent balsamique de bourgeons de peuplier anti-hémorroidal.*

Rp. Unguenti populei 42,0

Extracti Teucrpii Scordii

Extracti T. Chamaedryos

— Millefolii

— Gallarum  $\hat{a} 1,5$

— Belladonnae 3,0

Plumbi acetici cryst. 1,0.

M. f. ungt.

### Remedium contra ictus insectorum.

Linimentum leniens contra ictus apium, vesparum, muscarum et culicium.

*Mittel gegen Insectenstiche.*

Rp. Olei Olivar. Prov.

Liq. Ammonii caust.  $\hat{a} 15,0$

Olei Terebinthinae

Tincturae Opii  $\hat{a} 1,0$ .

Misce exacte.

*Usus:* Hoc linimentum loco cutis affecto infricetur.

### Remedium contra ictum vel morsum bestiarum venenatum.

Rp. Liquoris Ammonii caust. 10,0

Acidi carbolici puri 1,0

Spiritus V. rectf. 20,0.

Misce. Locus cutis, quo ictus effectus est, infricetur.

### Remedia contra inflammationem.

Modus corpora inflammabilia vel ignis capacia in corpora igni  
resistentia transducendi.

*Flammenschutzmittel.*

#### I.

Modus textum linteum, gossypium,  
cannabinum, restes, funes in statum  
igni resistentem transducendi.

Rp. Ammonii sulfurici 100,0  
Boracis 50,0.

Solve in

Aquaee communis 1000,0.

*Usus:* Texta linteaa, gossypina etc.  
hoc liquore irrigata, deinde leniter  
expressa in aëre siccentur, tum laevi-  
gentur. Funes, restes liquore irrigati,  
tum tensi in aëre siccentur.

#### II.

Funes, restes etc.

Rp. Baryi chlorati 100,0.

Solve in

Aquaee destill. 1500,0.

In hunc liquorē funes per horas  
duas submergantur, tum in aëre tensi  
ferē siccentur. Dein immergantur in  
liquorem paratum e

Boracis 50,0

Natri sulfurici cryst. 150,0.

Liquoris Natri silicici 100,0

Aquaee communis 1250,0

et per horam unam macerentur. Quo  
facto funes in aëre tendantur, ut sic-  
centur.

Ut hi funes siccati humiditati, plu-  
viis resistant, per vernicem tenuem  
trajiceantur.

Vernix tenuis.  
 Rp. Colophonii 10,0  
 Laccae in tabulis 25,0  
 Picis Lithanthracis liquidae 5,0  
 Spiritus Vini crudi (90 %) 500,0.  
 Commixtis, agitando seponendoque in solutionem redactis admisce Bolum albam, Bolum rubram, Caput mortuum etc. subtilissime pulveratum, corpora, quae inflammationi resistunt.

## III.

Texta tenuiora, non colorata, vestes forenses, vestes inflammabiles feminarum etc.

Rp. Natri wolframici neutralis 50,0  
 Natri phosphorici 30,0  
 Boracis 20,0.

Solve in

Aquae purae 900,0.

*Usus:* Hoc liquore texta subtiliora irriganda, tum leniter exprimenda sunt. In aere siccata tum laevigetur.

## IV.

Texta tenuiora, colorata vel vestes tenelliter coloratae in statum igni resistantem transducere.

Rp. Boracis 30,0  
 Magnesiae sulfur. cryst. 25,0.

Solve in

Aquae purae 200,0.

(Praeceptum Paterae.)

Amylum salitum.

Rp. Boracis 30,0  
 Magnesiae sulfuricae 25,0  
 Natri phosphorici 10,0

Amyli triticei 50.

Misce, ut fiat pulvis subtilis.

Hoc Amylo cum aqua fervida mixto vestes solidantur.

## V.

Amylum album igni resistens.  
 Rp. Boracis

Magnesiae sulfuricae cryst.  
 Natri phosphorici aa 100,0  
 Aluminae aceticae 50,0  
 Kaolinae (terrae porcellaneae albae) 200,0  
 Amyli triticei 1000,0.  
 Misce, ut fiat pulvis subtilis.

## VI.

Modus lignum in statum inflammationi resistantem transducendi.

(Remedium contra cariem). *Schutzmittel gegen Wurmfrass und Entflammung.*

Rp. Aluminis pulv. P. 100  
 Cupri sulfurici pulv.  
 Ferri sulfurici pulv.  
 Ammonii sulfurici  
 Gypsi pulv. aa P. 50  
 Liq. Ammonii caustici  
 Acidi carbolicci erudi  
 Aceti pyrolignosi aa P. 25  
 Aquae calidæ P. 10000.

Solutio agitando perficiatur.

*Usus:* Hoc liquore lignum exsiccatum bis terve oblinatur. Modus balneus praefertur. Balneum per diem dimidium vel unum teneatur. Ad hoc ille liquor duplice volumine aquae diluendus est.

## VII.

Rp. Cupri sulfurici P. 100  
 Aluminis  
 Zinci sulfurici aa P. 50.

Solve in

Aquae fervidae P. 2000.

Lignum vel lignarium siccum hoc liquore ter quaterve obducatur, vel in hoc liquore aquae volumine aequali diluto per diem dimidium ad unum maceretur. Lignum siccatum dein liquore, solvendo parato e

Baryi chlorati P. 50  
 Aquae destill. P. 500,  
 bis terve ope penicilli obducatur.

Finis partis de remediis contra inflammationem.

**Remedia Grahami**

(contra carcinoma).

*Alteratirpillen:* Ferri oxydati fusi 15,0, Rd. Rhei 3,0, Aloës 3,5, Extracti Chamomill. 10,0. M. f. pil. Nr. 150.

*Absorbenttinctur:* Ferri acetici soluti q. s.

*Detergentpulver:* Ferri phosphorici oxydati q. s.

**Remedium Landolfii.***Caustique de Landolfi.*

Rp. Bromi chlorati liq. P. 6

Zinci chlorati P. 3

Stibii chlorati liq. P. 2

Radicis Liquirit. pulv. q. s.

M. f. pasta. Aut:

Pasta anticarcinodica

*Landolfi.*

*Krebsätzpasta.*

Rp. Auri sesquichloratii

Bromi chlorati

Zinci chlorati

Stibii chlorati liquidi ā 3,0

Rad. Liquiritiae pulv. q. s.

M. f. pasta mollis.

Pasta crassitudinis millimetrorum duorum vel trium ulcerationi cancerosae imponitur.

Mixtura Landolfii.

Rp. Bromi chlorati liq. 0,25

Syrupi Phellandrii 60,0

Aquae destill. 500,0

M. D. S. Quotidie 2—4 cochlearia.

Pilulae Landolfii.

Rp. Bromi chlorati 1,0

Seminis Phellandrii 10,0

Extracti Conii 5,0.

M. f. pilulae (100), quarum singulæ continent 1 centigramma Bromi chlorati. Suntur quotidie pilulae duo ad quatuor.

Unguentum Landolfii.

Rp. Terebinthinae 5,0

Olei Olivarum 25,0

Cerae flavae 20,0

Cetacei 5,0

Ligni Santali rubri 3,5  
Camphorae 1,5.

M. l. a.

**Remedium Pagliano.**

Rp. Fructuum Rhamni cathartici maturorum 500,0.

Contusis adde

Scammonii pulv. 45,0

Resinae Jalapae pulv. 15,0

Croci Metallorum 50,0.

Tum sepone tamduo loco tepido, donec fermentatio finita fuerit. Li- quorem exprimendo, colando decan- thandoque collectum commisce cum

Liquoris 250,0

paratis ebulliendo evaporandoque e Cassiae fistulae 150,0

Radicis Rhei 50,0

Fructus Tamarindi 45,0

Aquae q. s.

Pondus mixturæ totius exaequet 550,0.

*S.: Zum Gebrauch wird jedesmal um- geschüttelt. Die Dosis wird Morgens genommen und 3 Stunden darauf 1 Tasse Bouillon nachgetrunken. Dosis:*

*Kindern von 6—13 Jahren 1 Theelöffel*

*Personen — 14—17 — 2 —*

*— 18—45 — 1/2 Esslöffel*

*— 46—60 — 3/4 —*

*— 61—75 — 1/2 —*

**Resina Chinal corticis.**

Rp. Corticis Chinal q. v.

Grosso modo pulveratis affunde

Spiritus V. rectifss.

quantitatem quadruplicem. Digere et expime. Tinctura, Spiritu Vini destillando elicito, evaporando calore balnei vaporis ad massam densam redigatur, quae aqua frigida abluatur, tum siccatur. Sit resina friabilis.

**Resina Cimicifugae.**

Macrotina. Cimicifugina.

*Resine of Bugbone (Cohosh).*

Rp. Rhizomatis Cimicifugae race- mosae (Elliott) vel Actaeae racemosae L. siccata et grosso modo pulv. 100,0

Spiritus Vini fort. (90—95%) 300,0.

Misce. In vas deturbatorium (percolatorium) ingesta sepone per dies duos, tum modo deturbatorio, affundendo

Spiritus Vini fortioris quantitatam sufficientem extrahe. Colaturam filtratam destillando circiter ad voluminis partem quintam redactam commisce cum

Aquae dest. frigidae volumine quintuplicie et mixturam agitatum loco frigidore per dies duos sepone. Deinde liquorem decantha et resinam secretam denuo in Spiritus vini copia minore leni calore solve et solutionem cum aqua commisce eo modo ut antea notafo. Resina secreta leni calore siccetur. Eff. grm. 3,5—3,8. *Dosis:* 0,05—0,15—0,3 ter quaterve per diem (arthro rheuma, chorea, epilepsia, asthma, delirium tremens, dysmenorrhoea, intermittens, phthisis, morbi bronchiales chronicci etc.).

### Resina Copaivae,

Resina Copaibae.

Rp. Balsami Copaivae q. v.

In vas destillationum ingestum calore balnei arenae primum Oleum aethereum quam maxime separa, tum residuum aëri expositum evapora.

Sit resina e fusco citrina, fragilis, acidula, solubilis in Spiritu, Benzolo et Alchohole amylico.

### Resina Guajaci ligni.

Aequali modo, quo Resina Jalapae paretur e ligno Guajaci ope Spiritus Vini rectificatissimi.

### Resina Jalapae.

Magisterium Jalapae. Extractum Jalapae spirituosum.

Rp. Tuberum Jalapae\*) P. 1.

[<sup>1</sup>] Gross modo pulveratae et in vesicam destillatorium immiscae affunde

Spiritus V. rectfss. (90 %)

Spiritus V. rectf. (60 %) aa P. 3.

Alembico excipuloque appositis, digere per aliquot horas, Spiritum Vini destillatum massae in vesica reaaffundo. Post refrigerationem ope preli

\*) Tubera ponderosa vel remanentia e pulvratione tuberum sumantur, quae maxime resinifera reperiuntur.

exprime et residuo iterum in vesicam rejecto affunde

Spiritus V. rectfss.

Spiritus V. rectf. aa P. 2.

Digere et exprime. Liquores expressione obtenti per diem unum seponantur, tum filtrantur et in vesicam mundatam una cum

Aquae Partibus 2

immittantur. Spiritu Vini destillando elicito, exime resinam ex vesica et aqua calida tamdiu ablue, donec aqua coloris fere expers defluit. Resinam postremum calore balnei aquae exsicca et in bacilos redige. *Dosis maxima:* 0,5; pro die 1,5.

Rp. Tuberum Jalapae conc. P. 2

[<sup>2</sup>] Aquae destill. P. 10.

Macera per dies tres, tum leniter exprime, deinde species residuas leni calore siccata. In pulverem grossum redactas in vas deturbatorium ingere et affundendo

Spiritus Vini concentrati

(95 %) q. s.

extrahe. Colatura resinam continens modo ut antea notato tractetur. Drasticum.

Liquor aquosus ex maceratione, saporis dulcis, usque ad spissitudinem syrapi evaporatus loco syrapi caramelani adhiberi potest.

### Resina Kosso.

Resina Brayerae anthelminticae. Extractum Kosso seu Kusso aethereum.

Pareatur e Floribus Brayerae anthelminticae eodem modo quo Resina Laricis.

### Resina Laricis Boleti.

Resina Agarici albi.

Rp. Boleti Laricis q. v.

Conciso affundemixtionem paratam ex

Aetheris P. 1, et

Spiritus V. rectfss. P. 3,

ita ut boletus liquore contegatur. Macera per tres dies, tum exprimendo cola. Hanc macerationem nova mixtio nis quantitate repeate. Tinctoriae com mixtae, decanthando filtrandoque depuratae destillando evaporentur, donec partes aethereae et spirituosa maxima ex parte elicite sint. Resinam residuam calore balnei vaporis exsicca.

Efficiuntur circiter *P.* 25 e Partibus 100 Agarici.

### Resina Podophylli.

*Podophyllum. Podophyllina.*  
Paretur eodem modo e Radice Podophylli peltati et Podophylli montani quo Resina Jalapae.

Rp. Radicis Podophylli peltati Linn. siccatae *P.* 200.

Grosso modo pulveratis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 800.

Digere per diem unum et exprimendo cola. Residuo denuo affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 500

et post digestionem exprimendo cola. Colatura filtratae, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, evaporentur ad remanentiam circiter *P.* 20 et infundantur inter agitationem in

Aquae frigidae *P.* 250,

quae admixtis

Acidi hydrochlorici (25%) *P.* 5  
acidae factae sunt. Post diem unum resinam collige, aqua ablue et in stratu tenui & expansam calore leni exsicca. Effic. partes 6—7.

Usus: Purgans vehemens.

Dosis: 0,01—0,02—0,03, infant. 0,003—0,01—0,015. Dosis maxima: 0,03 pro die 0,1!!

### Resina Scammonii.

Resina Scammoniae. Scammonium depuratum.

Rp. Scammonii pulv. *P.* 10

Spiritus V. rectfss. *P.* 40.

Digere per dies duos, tum filtra. Tincturae limpidae adde

Aquae destill. *P.* 80,

et loco frigido sepone. Resinam precipitatam collige, aqua ablue et in balneo vaporis exsicca. Efficiuntur *P.* circiter 6.

Resina etiam e Radice Scammoniae eodem modo quo Resina Jalapae paratur. Dos. drast. 0,2—0,3—0,4.

Nota. Haec resina Gummi-resina Scammonii, etiam Scammonium nominata, ne permutetur.

### Resina Sennae.

Rp. Tincturam spirituosam e ratione Foliorum Sennae a resina liberatorum.

Spiritu Vini destillando elicito, resi-  
duum aqua frigida commisce et resi-  
nam, postquam subsederit, collige, aqua  
ablue et sicca.

### Resina Succini balsamica.

Moschus facticius.

Rp. Olei Succini crudi *P.* 1.

In mortarium porcellaneum ingestae  
inter agitationem paulatim admisce

Acidi nitrici fumantis *P.* 3.

Massam resinosam exortam primum  
liquore Kali carbonici diluto, postea  
aqua calida ablue.

### Resina Sumbul.

Extractum Sumbul spirituosum.

Paretur e Radice Sumbul minutim  
conicis eodem modo quo Extractum  
Strychni seminis spirituosum. Sit con-  
sistentiae massae pilularis.

### Resineonum.

*Résineone.* Oleum picis aethereum.

Rp. Picis liquidae *P.* 15

Kali carbonici pulv. *P.* 1.

Immitte in retortam vitream tubula-  
latam ita, ut ad capacitatem dimidiam  
repleta sit. Fiat destillatio, quamdiu  
oleum aethereum coloris expers transit,  
quod collige et serva.

### Resorcina.

Resorcium. *Metadioxybenzol.*  
 $C_6H_4(OH)_2-C^{12}H^6O^4 = 110.$

Rp. Gummi resinae Ammoniaci  
aut Galbani 100,0.

Solve digerendo in

Spiritus V. rectfss. 400,0,  
tum cola. Digestio haec affundere

Spiritus V. rectfss. 250,0  
repetenda est. Colaturis commixtis  
filtratisque inter agitationem adde

Aquae destillatae  
volumen triplex, dein loco frigido se-  
pone per diem unum. Massam resi-  
nosam praecepitatem cum

Kali caustici siccii pulv.  
quantitate triplice commisce, in cruci-  
bulum argenteum vel porcellaneum in-  
gere et sensim calefac, donec massa  
homogenea effecta fuerit. Huic mas-  
sae, in vas porcellaneum transgestae  
superfunde

Acidi sulfurici diluti q. s.,  
ut reactio acidula contingatur, tum  
pluries conquassando cum

Aetheris q. s.  
exquassa, ut substantia in aethere solubilis perfecte extrahatur. Solutio aetherea leni calore destillando ab aethere liberetur. Massa residua de distillatione et retorta collo brevi instructa subjiciatur et liquor calore 260—285 in excipulum transiens colligatur. Hic liquor refrigerans in massam crystallinam transit. Haec massa pulverata Benzolum affundendo elutatur et denovo distillatione subjiciatur.

Sint crystalla decoloria, calore 118° C. liquecentia, facile solubilia in aqua, spiritu et aethere, fere insolubilia in benzolo, chloroformio, alcoholie sulfuris. Crystalla liquata calore 276° C. ebulliunt.

Resorcina saepius ex Acidis benzoldisulfuricis (*Benzoldisulfosäuren*) paratur, quae e Benzoli parte una et Acidi sulfurici (1,840 pd. spec.) partibus duabus calore componuntur, colligando cum Natro caustico etc — Serva in vitris dense clausis. — Antipyreticum, antizymoticum, anti-septicum fortius. *Usus:* Contra genera morborum loco Acidi carbofici et salicylici. *Dosis:* 0,5—1,0—2,0 ter quaterve per diem. *Dos. max.:* 2,0, pro die 8,0 (*Ph. Hungar.* 3,0, pro die 10,0). (Parasymptoma: erethismus, tinnitus aurium, epispasmus, deliria)

### Revalenta Arabica.

Rp. Seminis Viciae Fabae rubr.  
subt. pulverati P. 100  
Farinae Hordei praep. P. 50  
Salis culinaris pulv. P. 10.  
Misce.

### Rotulae Menthae piperitae.

Rp. Rotularum Sacchari 2000,0.  
Conspergantur l. a. mixtione parata ex  
Olei Menth. pip. Angl. 15,0  
Spiritus V. alcoholisati vel  
absoluti 45,0.  
Serva in lagenis vitreis obturatis.  
*Ph. Germ.* Rot. Sacch. 200, Ol. M.  
pip. 1, Spirit. 2.

*Ph. Austr.* Rot. Sacch. 70,0, Ol. M.  
pip. et Aetheris ana 1,0.

### Rotuli Sacchari.

Rp. Sacchari albissimi q. v.  
Subtilissime pulveratum in lebetem minorem, rostro tenui praeditum, ingere et commisce aqua, ut fiat puls crassa, quae inter agitationem calefiat, donec in margine ebullire incipiat, et gutta laminae metallicae frigidae instillata statim indurecat. Rostrum lebetis Creta illinatur, ne massa defluat. Guttae deinde in laminam oleo Amygdalarum parce inunctam fac effundantur, ita tamen, ut cum lebetem manu dextra sustineas, bacilli ope calidi rotulae guttatum efficiantur. Rotulae leni calore siccentur.

### Saccharinas Chinini, Conchinini, Cinchonidini etc.

Chiminum saccharinicum, Conchiminum saccharinicum etc.

Rp. Chinini hydrati, vel Conchini hydrati etc. P. 2

Saccharinae (Sulfinidi benzoīci) P. 1.

Conterendo mixtis adde

Spiritus vini absoluti P. 5.

Denuo contritae loco tepido seponantur, donec siccatae sunt. *Doses* eas sulfatum alkaloīdium convenientium aequant.

### Saccharolatum Colchici.

*Saccharure de colchique.*

Rp. Succi florum Colchici recentis P. 2

Sacchari albi

Sacchari lactis aa P. 5.

Misce et calore leniore exsicca.

### Saccharolatum Lichenis Islandici.

Saccharuretum Lichenis Island. Pulvis pectoralis Trossii. Gelatina Lichenis Islandici saccharata sicca.

*Saccharure de Lichen.*

Rp. Lichenis Islandici conc. P. 100.

Aqua frigida ablutis affunde

Aquae destill. frigid. P. 300.

Sepone per horas duodecim, donec amarities lichenis extracta fuerit. Tum